

¶ ☙ ☧ ☩

*Loffwigenſis Misnicus, de utilitate poëſeos verba faciet, et scholae valedicet, in Academiam profecturus. Post eum Ioannes Andreas Martini, Torgaviensis, differet de meritis doctorum hominum in homines. Deinde Godofredus Augustus Bernbardi, Wildſchützenſis Misnicus dicet de animi voluptate juvenis, qui doctrina et virtute ornatus e ſchola difce- dit, ac beneficium Schroederianum pia recordatione celebra- bit. Postremo denique Ioannes Andreas Schilde, Torga- viensis, de neceſſitate Critices exponet, et Car. Gottl. Küb- nio felicem in Academiam abitum gratulabitur. Ad audien- das itaque orationes, Viros nobilitate generis Claros, Maxi- me Venerandum Ephorum, Amplissimum Senatum, Reve- rendum Ministerium, Doctissimos ſcholae Magistros, omnes- que doctrina et munera gravitate conſpicuos viros, per- amanter et perhumaniter invito. Tu vero Svaviffima Tor- gavia Vale! Ego vero Tui, tuorum beneficiorum, tuique amoris, quo mihi nihil carius nihilque jucundius eſſe potest, memoriam, quoad in vivis ero, ſancte colam.*

Iterum iterumque Vale!

P. P. Torgaviae die XVII. Maii MDCCLVIII.

